

QUÆSTIO IV.

Quare Apostoli proponunt viros plenos Spiritu S. & sapientia, cum sapientia sit donum Spiritus sancti?

24. A Gebatur de eligendis viris virtute, & sanctitate præclaris ad exactum viduarum ministerium implendum, & ad hoc requirunt viros plenos Spiritu sancto & sapientia: Atque unum ex donis Spiritus sancti est sapientia; ex quo exoritur dubium, nempe: Cum Apostoli dicunt viros plenos Spiritu sancto, dicunt etiam plenos sapientia, sicut & plenos consilio, fortitudine, ac timore, & sicut cum dicunt plenos Spiritu sancto hæc dona subintelliguntur, sic & sapientia ad quid ergo fuit singulatim exprimentur? Tam necessaria, ac requisita est sapientia in gubernatore, ac moderatore, ut non semel, sed multipliciter fuerit in eo inculcanda, semel implicite cum cæteris donis, & iterum explicitè pro sui magna exigentia. D. Chrysof. homil. 14. in Acta ait: Eligere autem viros illis permittunt, ut ne videantur ipsi in gratiam quorundam agere; etenim sapientia multa opus est in huiusmodi dispensationibus.

25. Magna Architectura, ac fabrica disponit, & ordinat Deus vestem Sacerdotalem Summi Pontificis Aaronis, & inter cætera mandat, ut rationale, quod erat in pectore. Et stringatur rationale annulis suis cum annulis superbrumeralis, Exod. 28. n. 28. Reliquæ Aaronis vestes, tam quoad pedes, ac manus erant fluxæ, ac latæ, ac rationale, quod erat in pectore, vult Deus ut esset maxime attritum, ac constrictum, ut habet Chaldaicus, & hoc valde fortiter Catenis aureis, ut dicitur in Textu. Erat rationale iudicii habens scriptum, doctrinam, & veritatem. Ibidem n. 30. Cum ergo in rationali denotaretur ipsa ratio, & prudentia erat maxime attrita, & colligata in pectore Pontificis, ac Prælati, in cuius corde debet esse maxime recenta ac impressa ipsa iudicii ratio, ut cum omni doctrina, ac veritate, cuncta regens gubernet secundum veritatem, & doctrinam absque eo quod in hanc, vel illam partem inclinet. D. Gregor. Magn. 1. p. Curæ Pastoral. cap. 2. ait: Divina voce precipitur, ut in Aaron pectore rationale iudicii virtus ligantibus imprimatur, quatenus Sacerdotale cor nequaquam cogitationes fluxæ possideant, sed ratio sola constringat, ne indiscretum, vel inutile cogitet, qui ad exemplum aliis constitutus ex gravitate vita semper debet ostendere quantum in pectore portet rationem.

26. Ad hoc tendit id, quod dicitur de Sponsa, quæ constituta fuerat custos vinearum, Cant. 1. n. 5. ac ut nomina Prælatorum: Collum tuum sicut Turris David, quæ edificata est cum propugnaculis, mille clypeis pendunt ex ea, Cantic. 4. n. 4. ex Hebræo habetur: Quæ edificata est ad doctrinam; ac sic ipsam munimen, quo Prælati se, ac suos tuetur, ab omni iniquitate, contrarietate, ac murmuratione est doctrina facta in vera sapientia, ac prudentia Vide tom. 2. in Evang. cap. 8. q. 7. n. 50. & 51.

QUÆSTIO V.

Quare Diaconi deputantur ad negotiam viduarum, Apostoli sibi reservant orationem, & prædicationem?

27. Inquiunt sacri Apostoli in præsentibus, quod eligantur septem Diaconi ad viduarum ministerium, & inquiunt: Nos vero orationi ministerio verbi Dei

instantes erimus. In quo sacri Apostoli sibi reservant, & assumunt absolutum, & perfectissimum vivendi modum, quod consistit in vita contemplativa in oratione, activa verò in ministerio prædicationis quoad proximos. Deinde præclare Sancti Apostoli dicunt primo. Nos vero orationi, secundo ministerio Verbi Dei instantes erimus: Quia, ut in vita activa ministerium prædicationis exequatur, prius per orationem in contemplatione bibatur D. Gregor. lib. 6. Moral. cap. 17. Ut quieti contemplantes sorbeant, quod occupati erga proximos loquentes resundant. D. Aug. lib. 4. de doctrina Christiana cap. 15. ait: de Prædicatore: Sit orator antequam doctor ipsa hora, ut dicat accedens, priusquam exera profertent linguam ad Deum levat animam scienem, ut eructet, quod biberit, vel quod impleverit, fundat. D. Prosper. lib. 1. de vita contemplat. cap. 2. ait de Prædicar. Lachrymas, quas vult a suis auditoribus fundi, ipse primitus fundat, & sic eos eorum unctio: ne sui cordis accendat.

Cherubini apud Ezechiel. 1. n. 14. Ibant, & revertebantur in similitudinem fulguris coruscantis. Fulgur versans se in gyrum, unde exiit, inde revertitur: Ibant tanquam exeuntes à Deo ejus amore accensis in similitudinem fulguris, coruscantis & ad ipsum revertuntur cum exercitio bonorum operum, ac prædicationis fructu sic ait D. Ambros. conf. 1. in Pl. 1. 18. Servos Dei per orationem, & prædicationem esse velut fulgura. Et D. Gregor. lib. 3. Moral. cap. 2. & homil. 5. in Ezechiel Eunt, atque revertuntur, ut flamma, quæ ad locum unde exiit per contemplationis secretum, & per publicum operationis, seu prædicationis revertuntur.

Maximè inter se connectitur vita Contemplativa, & Activa: Cum Draco, scilicet Diabolus, sequeferetur mulierem, & staret contra eam, ut devoraret ejus filium: Data sunt mulieri alæ aquilæ magnæ, ut volaret in desertum. Apocalyp. 12. n. 14. Si verò iniquitas quænam sunt hæc alæ? Respondent Glossa Interlin. D. Anselm. Haymo, Albert. Magn. Hugo: Data sunt mulieri alæ aquilæ magnæ, tanquam arma, quibus se posset elongare; hæc alæ sunt vita activa, & contemplativa. Utraque hæc vita alæ sunt non cujusque volucris, sed aquilæ magnæ quia utraq, maxime exaltatur, & magno conatu suum obrutum in Christum verum Deum figit, talique metaphora significatur; licet enim vita contemplativa tota in Deum, ac ejus attributa considerans feratur, inde optimo jure per alam exprimitur: At vita activa non ita, sed circa varia charitatis ministeria erga pauperes, infirmos, que versatur, tamen præclare quia si volucres unâ truncantur alâ in sublime nequaquam ferri possunt, ita si vita activa, à contemplativa omnino separaretur, vel è contra, mutila censebitur, & nequaquam evolare poterit.

Tota, & consummata iusti perfectio ex utraque vita componitur, De Magdalena ad pedes Christi, ait ipse Dominus: Maria optimam partem elegit. Luc. 10. n. 42. Non ait totum elegit, sed partem perfectionis, vitam scilicet contemplativam, ut notat Caietan. alteram enim partem, vitam scilicet activam Marthæ reliquit, ex utraque enim componitur, & conflatur consummata, & absoluta perfectio.

Act. 6. n. 5. Et placuit sermo coram omni multitudine. Et elegerunt Stephanum virum plenum fide, & Spiritu sancto, & Philippum, & Prochorum, & Nicanorem, & Simonem, & Parmenam, & Nicolaum advenam Antiochenum.

Nam, 6. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum.

Prædicator prius oratione habeat à Deo quod prædicet. D. Greg. D. Aug. D. Prosper.

28. Ezech. 1. versans se in gyrum, unde exiit, inde revertitur: Ibant tanquam exeuntes à Deo ejus amore accensis in similitudinem fulguris, coruscantis & ad ipsum revertuntur cum exercitio bonorum operum, ac prædicationis fructu sic ait D. Ambros. conf. 1. in Pl. 1. 18. Servos Dei per orationem, & prædicationem esse velut fulgura. Et D. Gregor. lib. 3. Moral. cap. 2. & homil. 5. in Ezechiel Eunt, atque revertuntur, ut flamma, quæ ad locum unde exiit per contemplationis secretum, & per publicum operationis, seu prædicationis revertuntur.

29. Apoc. Interlin. D. Anselm. Haymo, Albert. Magn. Hugo: Data sunt mulieri alæ aquilæ magnæ, tanquam arma, quibus se posset elongare; hæc alæ sunt vita activa, & contemplativa. Utraque hæc vita alæ sunt non cujusque volucris, sed aquilæ magnæ quia utraq, maxime exaltatur, & magno conatu suum obrutum in Christum verum Deum figit, talique metaphora significatur; licet enim vita contemplativa tota in Deum, ac ejus attributa considerans feratur, inde optimo jure per alam exprimitur: At vita activa non ita, sed circa varia charitatis ministeria erga pauperes, infirmos, que versatur, tamen præclare quia si volucres unâ truncantur alâ in sublime nequaquam ferri possunt, ita si vita activa, à contemplativa omnino separaretur, vel è contra, mutila censebitur, & nequaquam evolare poterit.

30. Luc. 10. ait ipse Dominus: Maria optimam partem elegit. Non ait totum elegit, sed partem perfectionis, vitam scilicet contemplativam, ut notat Caietan. alteram enim partem, vitam scilicet activam Marthæ reliquit, ex utraque enim componitur, & conflatur consummata, & absoluta perfectio.

Apostolorum, & orantes imposuerunt eis manus. Num. 7. Et Verbum Dei crescebat, & multiplicabatur numerus discipulorum in Ierusalem valde; multa enim turba Sacerdotum obediebat fidei.

Versiones

CUM EXPOSITIONE III.

31. Arab. Æthiop. Vers. 5. T placuit sermo coram omni multitudine. Arabicus: Fuit sermo iste gratus apud omnem Congregationem. Æthiopicus: Et bonus fuit hic sermo in conspectu eorum. Illa Apostolorum determinatio exitit maxime grata, & plausibilis omni fidelium congregationi; quia ex illa fieret optima provisio viduis, & ampurabatur murmurationis ansa, & designatio eligendorum; ad eorum voluntatem, ac vota reducebatur. Carthusianus, ait: Ut boni filii patrum suorum consilio tam rationali celeriter acquieverant, quod & cunctis subditis est pensandum.

32. Carthuf. Elegerunt Stephanum, &c. Hoc non fuit electio, ac ordinatio Canonica, sed quædam postulatio, ac obligatio ex votis, ac voluntate Congregationis; nam eos Diaconos creare, ac instituire ad Apostolos pertinebat; ut patet ex vers. antecedenti, dixerunt Apostoli: Considerate ergo fratres ex vobis boni testimonii seculares, quos constituamus super hoc opus. Hoc est: Vos diligenter perquirite tales viros, & nobis presentate, ut eos constituamus, sicut hodie Principes laici, qui habent jus patronatus, præsentant aliquem Episcopo, ut ei conferat beneficium Ecclesiasticum, vel Romano Pontifici, ut eum creet Episcopum, vel Archiepiscopum. De his septem Diaconis singillatim quaest. sequenti.

33. D. Clem. Syriac. Vers. 6. Hos statuerunt ante conspectum Apostolorum, Syriacus: Cum precari fuissent. Græcus: Cumque preces fuissent. Orationis forma non scribitur, tamen, ut colligitur ex Clemente lib. 8. Constit. c. 25. postularunt Apostoli obumbrationem, ac plenitudinem Spiritus sancti in eis ad suam rectam, & perfectam administrationem, & sub hac oratione intelligitur etiam sacrificium Missæ, ut indicat citatus Clemens, & ideo ad hunc modum in Ecclesia Diaconi ordinantur in sacrificio Missæ. Addit Chrysof. etiã fuisse adhibitum jejunium, ut aperte exprimitur in ordinatione Pauli, & Barnabæ, Act. 13. n. 3. ex quo Ecclesia ante tempus ordinationis præmittit publicum, & solenne jejunium: Imposuerunt in eis manus Ordinantes eos in ordine sacro Diaconatus, de quo latius infra q. 7.

34. thioip. Vers. 7. Et Verbum Dei crescebat, & multiplicabatur numerus. Æthiopic. Et magnum fuit Verbum Dei, & multiplicati sunt populi valde. Dicitur: Verbum Dei crescebat, effectivè per multiplicationem fidelium, sic ait Paulus ad Coloss. 1. n. 6. Verbum Dei crevit in vobis. Glossa Ordinaria fide, & opere, quod fiebat continua, ac perenni prædicatione Apostolorum, qui ex sua ingenti charitate, ut dicitur in fine superioris capituli. Non cessabant in Templo, & circa domos docere. Verbum crescere proprie pertinet ad agriculturam, & sic allusio ad parabolam Christi de semente, Matth. 13. n. 3. & Marc. 4. n. 26. Nam semen jactum in terram præparatam, & dispositam multum fructum afferit: sic Verbum Dei receptum in corde bene disposito Dei gratia in magnum fructum multiplicatur.

35. Syriac. Multa autem turba. Syriacus: Multus populus ex Judæis. Cum dicitur turba Sacerdotum intelliguntur, qui tunc erant ex ordine Aaronis, & cum dicitur turba ut notat D. Chrysof. denotatur non fuisse ex Principibus, ac magnatibus, sed ex inferioribus; ac minoribus; tales enim magis solent esse propensi ad pietatem. Merito idem D. Chrysof. ait in præsentibus: Considera quantum est benignitas ex Christi bellis, qui ad eadem turbam exasperaverunt, qui talia iugiter clamaverant, & dixerant; alios salvos fecit, se ipsum salvum facere negavit, eos tamen adduxit ad salutem, & vitam: pergit citatus Chrysof. Illius igitur & nos sumus imitatores, nempe diligendo inimicos, & bene eis faciendos.

Obediebant fidei: Syrus Auscultabam fidei. Arabicus: Obtemperaverunt fidei, id est perfecte credere cum omni submissione, sic ait Apostolus: Ad obediendum fidei in omnibus, Rom. 1. n. 5. Obedientia pertinet ad voluntatem, assensum vero fidei, & edo ad intellectum; & quia res fidei sunt supra omnem captum & intelligentiam humanam ad credendum juxta communem doctrinam Theologorum præcedit in voluntate habitus pie affectionis, ut moveat intellectum ad credendum, & ad captivandam suam intelligentiam in obsequium fidei; 2. Corinth. 10. n. 5.

QUÆSTIO VI.

Explicantur qui, & quales fuerint septem illi Diaconi.

Carthusianus existimat hos septem Diaconos fuisse ex numero eorum, qui elegerunt. D. Epiphanius hæresi 21. tenet fuisse ex numero 72. discipulorum Christi, tamen D. Aug. serm. 94. de diversis multum dubitat, an Stephanus conversus fuerit ad Christum post ejus Ascensionem.

Cum nomina Stephani, ac cæterorum Diaconorum sint græca, inde multorum est sententia, hos septem Diaconos genere Hebræos, patria vero Græcos, id est natos in Græcia, ita aperte, ac disertè affirmat Lucius Dexter in Chronico 34. & favet multorum sententia existimantium Divum Stephanum esse cognatum Pauli, qui erat Tarsensis, Tarsis Civitas inelyta Metropolis Ciliciæ, de quo infra c. 9. vers. 11. & hoc magna providentia factum est, ut electi Diaconi essent ex Græcizantibus, ut ita murmur Græcorum pro eorum viduis contra Hebræos magis quiesceret.

Stephanus.

Primus Stephanus quod Græcè idem est, ac Corona, Hebræicè, ut vult Beda significat norma vestra: Nomen Stephe ipse enim dum primus pro Christo sanguinem generosè effudit, sequentibus Martyribus formam, ac normam dedit pro ipso fortiter, ac constanter moriendi.

Varia elogia de eo celebrant Sancti Patres in suis sermonibus, D. Aug. de diversis dicitur: Primus inter Apost. Petrus. Aniceta apud Metaphrast. Inter Apostolos Apostolus, Prophetia inter Prophetas, Doctor Nicetas, inter Doctores, & iterum subdit: Quod charitate ardebat magis, quam omnes Sancti sui temporis. Intelligit post Apostolos; à D. Maxim. serm. de S. Stephano: Discipulus erat ordine, sed factus est Magister exemplo. A D. Damasc. lib. 4. c. 16. Primus Christi minister.

Dicitur plenus fide, nempe Christiana, ut pro ipsa pugnaret ad mortem usque: plenus fide, id est fidelitate in suo ministerio, ac eleemosynarum dispensatione. Tertio fide in Deum, ut multa cum libertate loqueretur, ac doceret coram Principibus Synagoga. Quarto fide in Deum, ut disputaret cum adversariis, nus f. se.

colique superaret. Quinto fide ut multa miracula, ac prodigia faceret. Sexto fide qua pro suis exorabat inimicis, ut illis veniam, & gratiam impetraret, ut visum est in Saulo.

42. Plenus spiritu sancto. Act. 7.

Et Spiritu sancto, qui eum omnibus suis gratis, ac donis repleverat, & ideo cum lapidaretur Stephanus vidit Caelos apertos, & Jesum stantem a dextera Dei, Actor. 7. n. 55. Vidit Deum Patrem, & Deum Filium Jesum, non tamen vidit Spiritum sanctum, quia ipsum in se habebat cum omnibus suis donis.

Philippus.

43. Actor. 8. Clem. Euseb. Terrull.

De hoc fit illustris mentio infra cap. 8. a. n. 5. & cap. 31. a Clemente lib. 5. Constitut. cap. 7. & Eusebio lib. 3. histor. cap. ultim. Terrull. lib. de Baptismo, cap. 8. vocatur Apostolus, non quia fuisset ex numero duodecim, sed late, prout Apostolicum munus in suis actionibus, ac operibus exercebat, sicut cap. 2. n. 8. dicitur Evangelista, non quia Evangelium composuerit, sed quia illud magno, ardentique cum fervore, ac veritate predicabat, sicut Apostolus ait suo discipulo Timotheo, epist. 2. cap. 4. n. 5. Opus fac Evangelista. De ejus morte, ac fine non potui aliquid invenire, ipsum tamen, ut sanctitate eximium celebrat Martyrologium Romanum die 6. Junii, & ita habet.

Eius elogium.

1. Tim. 4.

44. Martyrol. Roman.

Cæsarea Palestine natalis B. Philippi, qui fuit unus ex septem primis Diaconis. Hic insignis, ac prodigii clarus Samaritanam ad fidem convertit, & Canthacis Abiipsum Regine Eunuchum baptizavit, ac demum apud Cæsaream requievit. Juxta quem tres Virgines ejus filie Prophetissæ tumulatae jacent, nam quatuor filia ejus plena Spiritu sancto Ephesi occubuit. In Palæstina apud Cæsaream Maritimam temporibus D. Hieronymi recens erat memoria Philippi Diaconi, & filiarum ejus; nam ædícula Philippi, & filiarum cellulæ adhuc integræ permenebant, quas omnes S. Paulus Jerosolymis invisit, ut testatur D. Hieron. epist. 27. ad Eustochium.

D. Hieron.

Prochorus.

45. Martyrol. Hippolit.

De hoc facit mentionem Martyrol. Romanum die 9. Aprilis, dicens: Antiochia Sancti Prochori, qui fuit unus ex septem primis Diaconis, & fide, ac miraculis clarus martyrio coronatus est. Hippolitus Martyr lib. de septem discipulis, D. Doroth. in synopsi eum restantur Primum Episcopum Nicomedie. Petrus de Natali lib. 4. cap. 6. affirmat eum fuisse nepotem S. Stephani, & Joannis Apostoli comitem in Asia, a quo Antiochiam missus, ibi martyrio coronatus in Domino obdormivit: in Biblioth. citanda dicitur: Discipulus Christi.

B. Biblioth.

46. Lib. de vita Joannis.

Scriptit librum de vita S. Joannis Evangelistæ, qui extat in primo tom. Biblioth. typis datæ in Colonia Agripina anno 1618. in quo ab incerto Authore multa indigna, & fabulosa imposita sunt, ut notant Bellarmin. & alii de Scriptoribus Ecclesiasticis.

Nicanor.

47. Martyrol. Romanum.

De quo ita habet Martyrologium Romanum die decima Januarii: In Cypro Beati Nicanoris Diaconi de septem, qui gratia, fide, & virtute admirandus gloriose coronatus est. Unde non congruit id, quod ait Dorothæus in synopsi, eodem die cum Protomartyre Stephano, & multis aliis usque ad duo millia martyrio occubuisse; nam ut ait Baronius in notis ad Martyrologium Dorothæi autoritas non in omnibus firma subsistit.

Doroth.

Baron.

Timon.

48. Martyrol.

De quo sic habet Martyrologium Romanum die decima Aprilis: Natalis S. Timonis Diaconi de septem primis, qui primo apud Beroeam Doctor refedit, ac de-

inde Verbum Domini disseminans venit Corinthum, ibique a Judæis, & Græcis (ut traditur) flammis injectus, sed nihil læsus, demum Crucis affixus, martyrium suum implevit. Ita etiam de eo scribit Petrus de Natalibus lib. 4. cap. 66 & cap. 67. ostendit eum divinum esse ab alio in Arabia ejusdem nominis, qui ex Diacono factus est Episcopus.

Parmena.

De quo ita habet Martyrologium Romanum 23. Januarii: Philippis in Macedonia S. Parmenæ, qui fuit unus de septem primis Diaconis; hic traditus gratia Dei injuriam suam a fratribus spiritu predicacionis, plena fide consummans sub Traiano martyrii gloriam est adeptus. Unde non placet id, quod de eo scribit Dorothæus in synopsi, quod hic in ipso Aegolotum conspectu Diaconi officio fungens mortuus est.

Nicolaus advena.

Molti existimant, quod ex Judæo factus sit Christianus; Lyranus, Carthof. ex Gentili fuit A. & I. sectæ Nicolaitarum, ut tradunt D. Irenæus lib. 1. c. 27. D. Epiphanius hæresi 25. Terrull. lib. de præscript. c. 46. D. Hilarius can. 25. in Matth. D. Hieronymi epist. 1. & 48. asserunt Nicolaitarum hec esse concubitum vagum ad remedium naturæ, de quo fit mentio in Apocal. cap. 2. n. 15. Vide ibi dicta q. 43. n. 314. nam sicut inter Apostolos ex alia Dei permissione exiit Judas Iscariotes, sic inter hos sanctos Diaconos inventus est Nicolaus iste.

Nicolaum ab hac turpitudine, ac hæresi excusant S. Ignatius epist. ad V. Thalian. Clemens Alexand. lib. 3. Stromat. cap. 3. Eusebius lib. 3. histor. cap. 23. D. August. lib. de Hæresi. cap. 5. Carthof. Baron. tom. 1. Annal. anno Christi 68. apud Sponda. n. 4. qui dicitur homines malos, ac perverfos voluisse suum errorem, ac turpitudinem sub ejus nomine inculcare, ac palliare; cum ipse Nicolaus alias esset vir bonus, & Hippolitus in lib. de septuaginta duobus discipulis dicat Nicolaum Diaconum virum fide Catholica probatissimum creatum fuisse ab Apostolis Episcopum Samaritanorum, & in hanc sententiam ut magis piam maximè inclinamus.

QUÆSTIO VII.

Quare sacri Apostoli manus super hos Diaconos imponunt?

EX quo liquet Diaconatum esse Ordinem sacræ, in quo sacro Ordine per manuum impositionem constituerunt Apostoli hos Diaconos; nam Græcè ordinatio idem valet, ac manuum impositio, nam per talem manuum impositionem communicatur virtus, potestas Sacerdotalis, & gratia, ut ait Apostolus. 1. Timoth. 4. n. 14. Noli negligere gratiam, quæ data est tibi cum impositione manuum Presbyteri. Et similiter epist. 2. cap. 1. n. 6. & ideo ait Gregor. IX. cap. Presbyter de Sacramentis non iterandis. Manuum impositionem esse ritum ab Apostolis introductum non quod ipsi eum instituerint, sed quia ipsi primi cœperunt illo uti in ordinationibus.

Ex quo constat, quod ipsa manuum impositio, non sit quid accidentale in ordinatione, ut dixit Sorro; sed quid essentialè, ut probat Bellarmin. lib. de Ordinat. cap. 9. nam hoc visibili signo vult Deus demonstrare characterem, gratiam & potestatem, quam interius communicat, ut factum legitimus in vita D. Chrysof. nam cum Episcopus Antiochenus eum crearet Presbyterum in specie Columba descendit super eum Spiritus sanctus.

Si

14. Si verò quæras, quænam sit materia hujus Sacramenti, dicimus esse librum Evangeliorum, si vero talis liber non fuit adhibitus ab Apostolis, hoc fuit dispensatione divina; quæ tunc non erat scriptum; nam hoc contigit eodem anno Ascensionis Christi. D. Matthæus, primus omnium scripsit suum Evangelium anno duodecimo post Christi ascensionem, & ideo vel etiam Christus pro hoc Sacramento non instituit unicum tantum materiam pro hoc Sacramento Ordinis, sed dedit potestatem suis Apostolis, eisque successoribus, ut eam determinarent. Ita Bonacina tom. 1. disp. 8. de Sacramento Ordinis puncto 3. n. 4. Quidam existimant tunc tradi quandam chartam, in qua erant scripta mysteria fidei, quæ habentur in Evangelio.

Materia.

Bonac.

55. Diaconi creantur ad ministrandum in sacris.

Amalar.

56.

Levit. 1. Lyra. Abulens.

57. Magna sanctitas in sacerdotibus. Exod. 28. D. Greg.

58.

Sanctitas sacerdotis denotatur in ejus veste.

59. Eccli. 43.

Græcus.

Et 6. n. 8. Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine faciebat prodigia, & signa magna in populo. Num. 9. Surrexerunt autem quidam de Synagoga, quæ appellatur Libertinorum, & Cyreneus, & Alexandrinorum & eorum, qui erant à Cilicia, & Asia disputantes cum Stephano. Num. 10. Et non poterant resistere sapientiæ, & spiritui, qui loquebatur.

Versiones

CVM EXPOSITIONE IV.

Vers. 8. Stephanus autem plenus gratia, & fortitudine. Syriacus: Plenus bonitate. Græcus: Plenus gratia ad operandum, fortitudine ad patiendum; superius dixerat plenum Spiritu sancto, non dicit plenum gratia, quam Spiritus sanctus communicat. Sed tamquam in radice, ac ut comites omnes virtutes, ac charismata importans, ac proinde idem valet, ac plenus omnibus virtutibus, & donis, in quibus etiam includitur fortitudo, tamen peculiariter exprimitur; quia in ea maximè resplendit Stephanus, arguendo, disputando, predicando, ac patiendi martyrium: Aliqui Codices habent plenus fidei, quod jam explicavi supra n. 41.

Faciebat prodigia, & signa magna in populo. Syriacus: Miracula. Arabicus: Edidit prodigia maxima: Quomodo autem hæc duo distinguantur dixi supra cap. 2. expositione 1. n. 183.

Vers. 9. Surrexerunt quidam de Synagoga, Pagninus: Exorti sunt quidam. Occum. de congregatione; non quidem eorum omnium una erat Synagoga, ut ait Catena, sed multæ, & variæ erant Synagogæ, ita ut unaquæque ex his Nationibus suam haberet Synagogam peculiarem, sicut in hac Civitate Ulyssiponensi est unum Collegium Anglorum, aliud Hebræorum, sic in Jerusalem, quæ erat Metropolis Religionis fidei, ac sapientiæ, sic Judæ dispersi per varias orbis partes mittebant filios suos in Jerusalem ad Collegium suæ nationis v. g. Libertinorum, vel Cyrenensium, ut de illis omnibus ad Religionem spectantibus instruerentur: De his autem nationibus dicam singillatim quæst. seq.

Disputantes cum Stephano. Syriacus: Disceptabant. Athiopic. Altercati sunt. Arias: Altercantes simul, sicut Catholicam quantum poterant arguendo, & impugnando: Illi multi erant, ut ponderat D. Nyssen. D. Nissen. orat. de S. Stephano, Veluti in phalanges quasdam conspiciat; sic impetum Stephani sustinere nitentibus: At ille omnibus pariter invidus erat, sive cum multis solus, sive cum paucis congregaretur.

Vers. 10. Et non poterant resistere sapientiæ, & spiritui, qui loquebatur. Syriacus: Non poterant Alii Codices consistere contra sapientiam, & spiritum; qui loquebatur in eo. Alii codices habent: Propter quod redarguerentur ab eo cum omni fiducia, Athiopicus: Et non non potuerunt; quia in sapientiâ, & Spiritu sancto loquebatur. Dicitur sapientiâ, quia ex omnibus Scripturis, signis, ac circumstantiis aperte, ac evidenter demonstrabat Christum Iesum esse verum Messiam promissum in lege, ac Salvatorem Mundi.

Et spiritui, qui loquebatur. Ut habent alii Codices: Cum omni fiducia. Hic adimpletum est in B. Stephano Christi promissio, Matth. 10. n. 20. Non enim vos estis, qui loquimini, sed Spiritus Patris vestri qui loquitur in vobis, & Luc. 21. n. 15. Ego dabo vobis

N 2 bis